

## Édition en trois modes

Pages de garde supérieures A-G, inférieures I-O  
et page intérieure 559 v<sup>o</sup> (H)

*par Alain Legros*

Version régularisée

[A] *Contregarde supérieure (endommagée) / Front 1 / Ordre [B] > [A]*  
*Philologie 2 /2, sur p. 290-556 + compléments*

Speciem pro vultum 290 Mutua pro mutuo 293  
 Luridus color id est plus æquo pallidus 296 Arquati id est qui  
 morbo regio laborant 296 Retinent pro colunt et inhabitant 302  
 Ros salis pro aqua maris 305 Guberna pro gubernacula 305  
 Inter quæcumque pretantur pro quæcumque interpretantur 334 Trochlea  
 machina quædam 338 Timpanum genus rotæ 338 Puri et pusi pro  
 pueri 348 Saccatum pro lotio 348 Disposita erant per vicos Romæ  
 dolia ubi mingeretur 348 Sicyonia calceamenti genus 355 Thalassina  
 vestis id est cærulea 355 Anademata corollæ 355 Gemina pro  
 obesa 359 Labra et labia differunt Lambino 359 Subare de  
 mulieribus quæ marem ardent 363 Juxtim pro juxta 364 Liquidis  
 priore correpta et statim producta 368 Cinnus potionis genus  
 unde concinnare Lambino 372 Inde loci id est ab illo loco 401 / 424 Haustra  
 pars rotarum 406 Solstitium tantum æstivum dicitur bene latinè Lambino 415  
 Itere pro itinere 416 Itiner pro iter 488 Abolescere pro decrescere 420  
 Ibus pro iis Lambino 428 Veterina animalia nata ad vehendum 429  
 Bucera sæcla 429 Genera monstrorum quæ duplici natura  
 constant Lambino 327 i non eliditur in versu 431 Vermina  
 dolores è vermibus membra depascentibus 438 Baubare id est latrare  
 procraxe id est palam aperuisse 448 Creperi hinc increpare belli pro dubii 443 / 456  
 Materiem lævare dolare et radere tigna Et terebrare etiam ac  
 pertundere perque forare 454 Lucaæ boves id est elefanti 456 et 458  
 Mactus idem quod magis auctus Lambino 459 Tela insubula fusi radii  
 scapi instrumenta textoria 459 Pullorum examina id est foetus  
 arborum pullulantium 460 Minoribus nostris dixit ut dicimus  
 majoribus 450 Tonitrum pro tonitru 478 Nictare pro sæpe niti 478  
 Fretus pro fretum 490 Mora pro glacie 500 Recellit id est reclinat  
 502 Oppilare id est obstare 512 Endo ut indu pro in 527 Imbuit  
 ignis 527 Ningues pro niues 532 Facit are pro arefacit 532  
 Vacefit pro vacuus fit 536 Plumbum candidum id est stannum 539  
 Corruptum priore correpta 542 Ærumnabile 551 Pœnibat pro  
 punibat 552 Silanus id est tubus et fistula unde prorumpit aqua 555  
 Ædituentes pro æditui 556 Attis pro podagra 542  
 Indu et endo præpositiones pro in 13 Mactare deos 15 Obiit  
 obviam iit 26 / 27 Ingenui fontes 26 Duriter pro dure 462

**[B]** *Garde supérieure 1 r° / Front 2 / Ordre [B] > [A]*  
*Philologie 1 / 2, sur p. 28-289*

Uvescunt et contrarium serescunt hinc serenitas p. 32  
 Alid pro aliud sic alis pro alius 28 ~~Sublima cæli~~ 56 sublima que cæli 36  
 Delicat pro indicat 38 Fidem conradere dictis 42 Quod  
 si pigraris 42 Promittere de plano id est liquido 42 Supera  
 ostendimus pro supra 43 Corporum augebit numerum non elidit  
 m 45 Fungi id est pati 46 Geni pro gigni 46 Cluent pro dicuntur  
 nominantur sunt hinc clarere 46 Durateus equus id est ligneus 48  
 Gliscens 48 Stringere lædere 49 Quamde pro quam 62 Usurpare oculis 32  
 anima pro aëre 68 Sanguen pro sanguis 76 Viscus singulare  
 viscerum 76 Mica auri 76 Scilicet pro sit ita 81 Subsistere  
 pro fundamento esse 94 Naturam latrare pro cupere petere 100  
 Ut res per Veneris blanditum sæcla propagent 113 Flamma degustat  
 tigna pro lambit 115 Momen pro momentum id est exiguus motus 118  
 Fulgur pro fulgor 126 Sidera mundi 126 Puncto  
 tempore pro puncto temporis 135 Erit addendum partes alias 139 Cujuscuis  
 pro cujusvis 139 Maximitas 139 Cygnea mele pro cignorum  
 cantus 139 Dædala chordis pro variata chordis 139 Mucrone pro  
 fine 140 Protelo. impulsu tenore 142 Aplustra ornamentum navis 143 hic correpta  
 sed producta priore 305  
 Ponti pellacia subdola 143 In producta in versu 148 Ningunt pro aspergunt  
 148 Malis mandaret pro manderet 148 Equorum duellica proles 152  
 Buceriæque greges 152 Imbuta res colore dici latinè non potest Lambino 158  
 Stingui pro extingui 163 At Similia / prima et secunda longa 168 Propritim  
 pro proprie 174 Proporro longius ulterius 174 Anapæstus pro spondæo 177  
 Dede manus / cui contrarium / accingere contra 178 Donicum pro donec 182  
 Perfica natura pro perficiens 182 Olescendi pro adolescendi 185  
 Pluria pro plura 185 Tuditantia pro tudentia ibidem aurea funis 186  
 Delibrare pro diminuere extenuare 194 Sonere pro sonare 202  
 Icit / verberat 202 Nenu pro non 205 Spicla pro spicula 205  
 Indepta pro adepta 206 Limatum pro diminutum 206 Præstat vide ibidem  
 extima membrorum circum cæsura / pro superficies 206 Quod genus est  
 pro quale est ibidem proceleumaticus pro dactilo 207 Comta 209 Sidere  
 pro insidere 215 Priva id est singula unde privatus 215 Vivata pro  
 vivida 218 Em pro eam 220 Talipedans id est vacillans 223 Dementit id est  
 delirat 221 Rerum retinentia id est memoria 235 Longiter pro longe 235 Repentia  
 nostra id est reminiscentia 248 Fructus est id est usus est a fruor 258  
 Inciletque id est increpet 258 Scelerisque luela carcer 264 Ordia prima  
 pro primordia 276 Effigias pro effigies 277 Numine pro nutu 286  
 Ob pro ad usurpatum Latinis et u pro æ legi solitum sic a pœna  
 puniri deductum Lambino 289 et a Pœnis punica bella vide Pœnibat  
 pro punibat 552

[C] *Garde supérieure 1 v° / Front 3 / Ordre [G] > [C] > [H]*  
*Philosophie 12 /13 : Livre VI, p. 478-538*

+

Unde fulgur 478 et quomodo fulgeat nonnunquam sine sonitu 480  
 Videmus prius quam audimus 478  
 Natura fulminis / et cur æs liquefaciat et vinum è doliis effundat 481 / 482 / 488  
 Gravia deorsum feruntur 488  
 Vere et autumnno crebriora fulmina et id cur 490  
 Non mittunt dii fulmina / multis argumentis nititur. non puniunt sontes 491  
 De fulminibus Lambino 495  
 De fulminibus quæ « prèstèras » et columnas vocant 494  
 Nubila quonam modo generentur 496  
 Pluvia quomodo fiat 499  
 Quomodo Iris 500  
 Terræ motus diversæ causæ 501  
 Spirant alternis venti et cedunt alter alteri / hoc statum hunc rerum conservat 502  
 Sydon Tiria et Ægis in Peloponesso urbes absorptæ terræ motu 504  
 Cur tot confluentibus aquis non excrescat mare 505  
 De Ætnæis ignibus 507  
 Ut in nobis qui tantilla pars mundi sumus nil mirandum si febris si ignis sacer nos  
 invadit vel si aut pes aut oculus aut dentes dolent quia sunt in orbe satis multa rerum  
 semina quæ in nobis ista gignant sic mundus qui nihil est si cum universo conferas  
 nil mirum cum infinita sint semina quæ hoc causare possint si aut ignes aut hiatus et  
 huiusmodi fert 508  
 Sed maximus est ille Ætnæ ignis / non ideo magnus est sed magnus quia majorem  
 non vidimus / sic enim et reliqua omnia æstimamus 508  
 Ventus fit ubi est agitando percitus aër 510  
 Nilus cur æstate excrescat 512  
 Etesia venti et aquilones quid intersint Lambino 513  
 De avernis / quæ sic dicta sunt quia sine avibus sint non sunt inferi 514  
 Cervi naribus serpentes e latebris extrahunt 515  
 Multa sunt sua natura nostris sensibus inimica sunt umbræ arborum quædam graves  
 sunt arbores quæ odore enecent et odor nocturni luminis recens extincti obsopit nos  
 ut mulieres menstruosas castorei odor et carbonum quæque nisi frigida prius sumpta  
 etc. 518  
 Vini vis febricitantes mirum in modum afficit 518 / 320  
 Cur puteorum aquæ æstate frigidiores 523  
 De fonte apud Ammonis Jovis fanum nocte calido frigido interdiu 523  
 De frigido fonte ad quem tamen si tædam admovas igni corripitur 526  
 Sunt etiam fontes aquarum dulcium medio in mari 527  
 Magnetis nomen a Magnesia regione ejusdem naturæ rationes 528  
 Diversa diverse afficiuntur sol siccatur terram laxat glaciem etc. 533 vide 319  
 Omnia corpora aërem in se habere debent 536  
 Æs interpositum ferro et magneti facit ut ferrum inde dissiliat 538

B

[D] *Garde supérieure 2 r° / Front 4 / Ordre [O] > [D]*  
*Philosophie 8 /13 : Livre IV, p. 320-351*

∞

Mutatur gustus in animantibus prout diversæ sunt atomorum figuræ ex quibus illi conflati sunt 320 / 5

Et morbi fiunt quod rectus atomorum ordo in corpore commutatus hinc accidit ut quæ dulcius prius erant amara videantur 320 / 518 / 541

Quomodo fiat odoratus 321

Alius odor aliis est magis animalibus aptus Dissimiles propter formas Mellis odor apibus / canibus unguæ ferinæ vulturiis cadaverum anseribus hominum 321

Odores non tam longè feruntur quam vox nedum quam imagines 322

Quia ex intimis partibus corporis fluit odor Unde est quod plus oleant fracta corpora 322

Majoribus est compactus atomis quam vox sic hæc pertransit spissa corpora ille non potest 322

Cur leones gallorum conspectum non ferant 324

Quibus animus moveatur 325

Imaginibus scilicet et simulachris 325

Eodem modo videt mens et oculi ut ergo hos feriunt crassiora corporum simulachra sic illam tenuiora et subtiliora 327

Et se offerunt istæ imagines nobis dormientibus unde somnia 327 / 345 / 350 / 380 / 449

Celerior est etiam istarum imaginum motus et æquè perpetuus atque earum quæ oculos feriunt 329

Quare id quod volumus cogitemus 330

Membra non eo nata sunt ut uti possemus sed nata sunt deinde uti sumus 335

Prius enim fuit auris quam auditus prius lingua quam oratio ergo non potest auris et lingua auditus et locutionis causa esse genita 335

Fames et sitis unde 337

Unde sit in nobis motus et quomodo fiat 338 / 121

Simulachra quædam ad meandum apta animum pulsan hinc fit voluntas quæ animam dispersam per membra commovet 38

Quî leves figuræ talem corporis molem movere possint 338

Unde somnus 340

Velavit natura res omnes corio cortice seta pelle conchis callo quia perpetuo tunduntur corpora ab aëre vicino 342

Quare post cibum et laborem magis dormiatur 343

Somniamus ea ferè quæ interdum animo agitamus 345

Quod idem equis canibus accidit verum etiam avibus ut volent dormientes 346

De iis quæ somniantes agimus quod loquimur mingimus et futuimus 347

De amore longa et perelegans digressio 349

Quem mirè damnat et plus est voluptatis inquit in Venere promiscua 351 vide totum locum

[E] *Garde supérieure 2 v° / Front 5*  
*Philosophie 9 / 13 : Livres IV-V, p. 364-395*

Unde fiat ut liberi nunc patri nunc matri nunc avis sint similes 364

Semper partus duplici de semine constat 365

Quod steriles sunt homines non id a diis est sed ab ipsorum natura 367

Quæ juvent quæ impediunt generationem 367

De Qui status corporis congressu ad hoc magis accommodatur 368

Amantur etiam deformes non vi cupidinis 368

Lib. 5.

Digressio de laudibus philosophiæ et Epicuri 375 lege

Labores Herculis 375

Mundus est mortalis 381 / 180 / 471

Deorum nullæ sedes quas percipere possimus 384

Mundus non est animatus 383

Mundus nostra causa creatus non est a diis qui nos non tanti æstimant 385 / 113

De diis multa 385 ut probet ab illis mundum non esse creatum

Non nasci nil mali est 385

Si Quid eos novi movit ut fabricam hanc aggredierentur. Id igitur illis defuerat /  
 Deinde quid nobis debentur 385

Et si in nostram gratiam esset creatus num melioris essemus conditionis quid enim  
 quod plures sunt plagæ inhabitabiles quid quod quæ habitabiles sunt nil ferunt sine  
 nostra opera 388

Infantes nudi nascuntur ad fletum neque unde vivant habent adeo ut melius sit aliis  
 animantibus 388

Si particulæ terræ æris ignis aquæ pereunt ergo et mundus ex his conflatus 390

Arida terra in pulverem et nebulam abit et diluvio liquescit 390

Quidquid auget aliud diminuitur ~~at augetur plantæ his quatuor~~ quod terræ accidit  
 391 / 394

Crescit mare et descrecit neque excrescit plus æquo quia exsiccat a ventis et a  
 sole deinde diditur per terræ meatus 391 / prolixè 505

In ærem mutantur tandem res omnes quod nisi retribuere quoque rebus ær omnia  
 jam essent ær 392

Soli quoque perit quidquid luminis emittit nam emittit continenter. Ex eo apparet  
 quod nube interposita pars radii quæ sub nube erat statim perit 393 et supra 299

Eodem modo et lychni / si igitur his soli lunæ stellis continenter aliquid deperit  
 luminis inviolabilia hæc ne credas vigere 393

Monimenta saxa / denique omnia fathiscunt 394

Et cælum ipsum si ut facit reliquas res auget 394

Si non genitus est mundus cur non sunt antiquiores historiæ quam belli Thebani et  
 Trojani 394

Imo recens videtur esse natus mundus iste 394

Unde fit novæ etiam num sint artes aut nondum perfectæ et navigationi multa adhuc  
 adduntur 395 Et ille primus scripsit latinè philosophiam.

[F] *Garde supérieure 3 r° / Front 6*  
*Philosophie 10 /13 : Livre V, p. 395-431*

Quod si perierunt urbes et regiones diluviis ~~hoc ipsum docet~~ et deleverunt  
 mœmoriâ rerum præteritarum hoc ipsum docet ubi gravior vis ingruerit ipsam  
 quoque hanc machinam interituram 395

Sic enim nil nos mortis nostræ certos facit nisi quod videmus nos iisdem morbis  
 obnoxios quibus et ii qui ante nos vixerunt 395

Quid id videntur pugnare elementa ignis ut urat aqua ut mergat omnia quod  
 Phaetontis fabula et diluvii testantur / Et sanè non æternum erit hoc dissidium 398

De mundi et rerum creatione 400 vide perelegans est locus

De astrorum motibus 405

Multas adfert causas sed ut in difficili re in nulla se insistere profitetur 406

Sic quasi semper de meteoris disputat 420 / 510

Cur stet terra 407

Ita jungitur terra aëri circumfuso ut quasi pars ejus sit aër unde fit ut illi terra non sit  
 oneri nihilo magis quam nostra membra nobis non sunt 408

Et fit sæpe facile ut tenuia corpora valeant plurimum in gravissimis sic anima totum  
 hoc nostrum corpus sola sustinet et movet 408

Cum sensibus solis ardorem et lucem deinde et lunæ figuram qualis est cernamus  
 non dubium est quin magnitudinem quoque qualis est percipiamus 409

Stellas si non videmus penitus quales sint saltem minimum interest 410

Cur sol tam exiguus tantum luminis effundat / tres causæ 412

Rationes motus solis et lunæ ex Democrito 414

De nocte et die 416

De Ida monte 416

Cur lunæ figura sic varietur 419

Babylonica doctrina a Chaldæis quid dissentiat in hac disputatione 420

Multa certo ordine procedunt in rerum natura 420 / 417

Quatuor anni tempora 420

De solis et lunæ eclipsi disputat academicè 422

In mundo recens nato quid prius quid posterius creatum 424

Terra omnium rerum parens 425

Genuit in principio omnia animalia et etiam homines / quî factum id sit et qua ratione  
 eos nutrierit / cur cesset gignere nova genera 426

Omnia mutantur in rerum natura 426

Creavit etiam terra monstra sed quia ad generationem et auctum non erant composita  
 statim perierunt 429

Multa sunt necessaria ad generationem 429

Quæcumque sunt animalia aut dolo aut virtute aut uti celeritate ipsa se conservant aut  
 nos ea quæ nobis usui sunt 429

Monstra esse non possunt duabus naturis conflata quia singulæ habent aliquid  
 proprium ut si equus et homo fiat / prius adolescat prius senescat pars equina deinde  
 non iisdem vivunt neque eadem appetunt ergo Scillæ Centauri et Chimeræ fuerunt  
 nunquam 431

[G] *Garde supérieure 3 v° / Front 7 / Ordre [G] > [C]*  
*Philosophie 11 /13 : Livres V-VI, p. 432-474*

Neque homines in initio nati sunt immani vi et magnitudine 432  
 Mores et natura primæ illius ætatis deinde etiam progressus / lege ad finem usque libri 434  
 Sermo non a quodam primo inventus sed factus usu neque mirum cum plurima etiam animalia sonum edant diversum ut sunt illis diversi affectus 441  
 Canes equi accipitres aquilæ mergi corvi 443  
 Ignis vel fulmine ad nos detrusus vel arborum inter se conflictu expressus 444  
 Primus inter homines honos tributus formæ et viribus / tandem divitiis 445  
 Quas sapiens nihili æstimat 445  
 Urbes conditæ et arces / regum sedes 445  
 Duræ conditiones imperantum / ut præstet parere 445  
 Nec magis id nunc est nec erit mox quam fuit antè 446  
 Post reges / natæ leges 447  
 Quas qui violat quæ sunt communia fœdera pacis etsi latet aliquamdiu et deos et homines non diu tamen id clam futurum sperare debet imo fit ut dormientes aut vi morbi agitati ipsi se prodant 448  
 Unde nata relligio 449 vide 9  
 Tum quod excipiebant animo simulachra præstantissimarum formarum et motus et voces / addiderunt deinde æternitatem et beatitudinem 472 Tum etiam ex ipso mundi opificio 449  
 Exa Quam Illam exagitat quantum potest longa digressionem 450  
 Inventio auri et æris et eorum primus usus 453  
 Venatio prius fovea et igni deinde plagis et canibus 453  
 Prius fuit æs in pretio deinde aurum ut est omnium rerum vicissitudo 454  
 Deinde etiam prius æs quam ferrum 455  
 De bellis 456  
 Prius equorum usus in bellis deinde bijugum ~~tādē quæ~~ postea quadrijugum dehinc curruum ~~quæ~~ falcatorum / elefantorum denique Pœnorum exemplo 456  
 Postea taurorum et suum atque etiam leonum apud Parthos 458  
 Nexilis prius fuit vestis deinde ferro reperto textilis 459  
 Solertius genus virile quam muliebre / nec dubium est quin neverint prius homines sed tandem hoc opus mulieribus reliquerunt et se ad difficiliora contulerunt 460  
 Unde satio et insitio et arborum per ordines distinctio 460  
 Musicæ et calamorum origo 461  
 Laus vitæ rusticæ 461 / 101  
 Vera voluptas eo contenta est quod nobis ad vitæ necessitatem est opus cætera respuit 463 vide 100 et Lambinum 446 et 465  
 Solis et lunæ cursus annos fecerunt 464  
 Lib. 6.  
 Athenarum Epicuri et philosophiæ laudes 468 vide 100  
 Invocat Calliopem ut in initio Venerem 472  
 Unde tonitru et ejus sonus 474  
 Nubes cujus sint naturæ 474

+

[H] *Page 559 v° / Back 1 / Ordre [C] > [H]*  
*Philosophie 13 /13 : Livre VI, p. 539-545*

B

Nec mirum si magnes et ferrum ita facile junguntur cum multa hujusmodi sint in rerum natura lapides sola calce coalescunt gluten taurinum ligna copulat aqua bene miscetur vino cum pix et oleum nequeant etc. 539

De causa morborum 541

Aër quomodo inficiatur 541

Cælum mutantibus aeris novitas sanitatem tentat et id multis modis 541

Causa pestis / aeris malus habitus 541

Certis regionibus certi proprii morbi 542

In Ægipto elephas / podagra in Attica 542

Pestis illius famosæ quam Athenis fuisse scribit Thucydides longa descriptio 545

[I] *Garde inférieure 1 r° / Back 6*  
*Philosophie 1 / 13 : Livre I, p. 20-79*

Lib. 1.

Primum nihil de nihilo fit 20 / 55 / 71 / 77

Nulla res ad nihilum redit 25

Principia rerum æterna in quæ omnia recidunt et unde oriuntur / materia 27

Illa non cadunt sub visum 29 / 125

Omnia corpora non cadunt sub visum 29

Tangere et tangi nisi corpus nulla potest res 32 / 134 / 202 / 311

Est in rebus inane / Unde motus 35 / 69 / 76 / 94 / 531

Etiam in ipsis corporibus quamvis densis 37 / 50 / 35 / 531

Corpora non cedunt inter se ut fiat motus 39

Neque quoque se spissant et condensant 40 / 64 sine inani

Igitur rerum natura corpore constat et inani 44

Conjunctum est id quod nunquam sine perniciali Discidio potis est sejungi calor ignibus liquor aquai. Tactus corporibus cunctis intactus inani. At quorum adventu manet incolumis natura eventa vocamus servitium libertas divitiæque paupertas bellum 46

Tempus per se non est sed rebus ab ipsis consequitur sensus 47

Corpora sunt aut simplicia atomi aut mixta arbores hæc sunt principia Partim Aut concilio quæ constant principiorum arbos 49

Corpora prima id est principia solidissima sunt et inanitatis penitus expertia atque adeo æterna / inane alterum principium 51

Sine inani nec conlidi nec frangi nec findi quidquam potest qui autem nec moveri ergo nec interire 53

Et fiunt illa prima corpora quæ durissima et solidissima sunt mollia mixtione inanis ut aqua vapores etc. Quod si mollia essent nihil gigneretur solidum et durum ut silices et ferrum 56 / neque essent Deinde quidquid molle est æterna 168

Immutabilia quoque sunt et certa / unde generationis certus ordo est 57 / 157 homo hominem semper gignit picus

Corporum mixta non dividuntur in infinitum sed ad minimasque particulas atomos quas sensu jam non concipimus sed et indivisibiles sunt tamen et eo usque tantum procedit secatio aut infinita est 58 / 69 / 76

Non est ignis prima materia ut videtur Heraclito quem contemnit 62

Neque ut illi videtur ignis condensatio et rarefactio tam varias res gignit 62

Sunt igitur quædam corpora quorum aditu abitu concursu motu figura positura fiunt omnia et ignis quoque et eorum ordine mutato mutant quoque res et mixta corpora naturam 66 / 74 alia ut literæ et elementa 75 prolixè / 81 / 131 / 153 / 133 / 134 / 135 / 159 / 167 / 168 / 189

~~Sensus a sensibus omnia credita pendent~~ 67 Quid nobis certius ipsis sensibus esse potest quo vera ac falsa notemus 67 / 134 / 166 / 300 prolixè / 382

Falso Heraclitus credit se solum ignem sensibus cognoscere et non aquam etc. 67

Non est aër prima materia et principium neque terra 67

Non sunt quatuor elementa principia ut ait Empedocles quem laudat 68 et aliis ante fert longa digressione

Non aër et ignis solum. Non terra et aqua 68

Sunt enim inter se contraria deinde si res omnes dissolvuntur in elementa cur magis illa dicunt gignere quam gigni 72

Si mutantur inter se et alternantur elementa non sunt principia 79

[J] *Garde inférieure 1 v° / Back 7*  
*Philosophie 2 /13 : Livres I-II, p. 76-125*

« Homoioméria » non est principium rerum ut ait Anaxagoras 76  
 Neque id verum est quod idem ait omnibus in rebus omnium rerum naturas mistas esse sed et id apparere unum quod magis in promptu primaque in fronte locatum est 79  
 Nam apparent aliqua signa ut cineris aut fumi in ligno et sanguinis et ossis in malo 80  
 Nec obstat quod ex arborum conflictu fit sæpe flamma 445 non habent tamen naturam igneam mixtam sed semina sunt ardoris quæ in ignem erumpunt certo motu atomorum 81 / 146 clarius  
 Digressio longa de suis versibus 82 / 275  
 Omne. « to pan » universum. est infinitum / si non esset esset aliquid ultra 85 /89 / 107 /142 / 179  
 Inane infinitum et sic quoque infinitus numerus corpusculorum 89 / 127 / 142 / 179  
 Rerum primordia non consilio neque sagaci mente sed casu nata 90 neque numine 113 / 400  
~~Et Res non feruntur suapte natura in medium neque hæ sursum et hæ deorsum 93~~  
 In infinito enim ~~neque medium non est neque de~~ 94 neque inum 107  
 Lib. 2.  
~~Diseur~~ Digressio perelegans de laudibus philosophiæ 100 / 269 / 212 / 375 / 468  
 Nil aliud sibi natura latrat nisi ut cum Corpore sejunctus dolor absit mente fruatur jucundo sensu cura semota metuque 100  
 Voluptas quæ summum bonum in privatione doloris posita est 100  
 Divitiæ nobilitas regna neque corpus juvant neque animum 103 / 101 / 445 / 463  
 De motu atomorum 105  
 Duo motus principiorum aut gravitate sua aut ictu alterius 105  
 Quibus motibus fit ut partim intervallis magnis conflictata resultent Pars etiam brevibus spatiis nexentur ab ictu. Indupedita suis perplexis ipsa figuris 107  
 Ubi nexus est vehementior et junctior fiunt corpora solidiora ferrum saxum 108 /135  
 Ubi laxior fit aër et lumina solis 108  
 Sunt quoque quæ nullo modo conciliantur. quales atomi in radiis solaribus 108 /155  
 Prima moventur per se primordia rerum deinde quæ proxima sunt ad motus vires principiorum ictibus illorum cæcis impulsa cientur et hæc proxima movent alia paulo graviora sic a principiis ascendit motus et exit paulatim nostros ad sensus 110  
 Motus principiorum longe celerrimus quia fertur per inane 111 / 118  
 Atque adeo celerior solis lumine quia hoc retardatur ab aëre quod debet pertransire 112  
 Nec quod totum hoc exquisito est constitutum ordine probat deos constituisse 113 / 400  
 Omnia corpora deorsum feruntur et quod sursum videtur ignis id fit vi 115  
~~Tertius~~ Alius atomorum motus per declinationum unde fiunt plaga nexus et rerum procreatio 117 /120  
 Nec verum est quod dicitur plagam nasci ex eo quod graviora corpora citius deorsum ferantur et offendant leviora quæ tardius nam illis cum per inane sit via Omnia debent æquè ponderibus licet non æquis concita ferri 118  
 Nam nulli de nulla parte neque ullo tempore inane potest vacuum subsistere rei. et quod in aliis facit celeritatem et diversitatem motus tum est quod quæ transverberantur corpora facilius cedunt gravioribus 118  
 Declinatio ista atomorum minima est neque facit motus obliquos 120  
 Ex hac declinatione vitatur fati necessitas et nascitur voluntatis libertas 120 / 123 apertius.  
 Voluntas in nobis principium motus est et prius volumus paulo post movemur 121 / 338 prolixè  
 Tres motus in atomis 123  
 Motus violentus in nobis 123  
 Omne æternum est 125  
 Ut neque principia sic nec principiorum motus nostris sensibus potest deprehendi 125

[K] *Garde inférieure 2 r° / Back 8*  
*Philosophie 3 /13 : Livre II, p. 127-182*

Dissimilis est forma atomorum inter se ut aliorum corporum<sup>127</sup>  
 Ignis ~~super~~ fulmineus ideo ~~calidior~~ penetratior nostro quia e minoribus constat figuris Per cornu transit lumen non aqua quia illud minoribus corporibus constat aut certe minus hamatis inter se perque plicatis 131  
 Gustus quoque et omnes sensus sequuntur figuras atomorum. Bonus sapor est rotunda et lævis est figura Acerbus sonus auribus scabra est atomus et aspera 133  
 Sunt aliæ figuræ neque læves neque flexis mucronibus unca hæ nobis præbent res neque injucundas penitus neque jucundas sed quæ nos titillent 134./ De his prolixè 319  
 Tactus sensus 134  
 Quæ facile diffugiunt et fluunt ut fumus aqua ex lævibus atque rotundis sunt non sunt hamatis et perplexis. ~~indupeditæ~~ Quod vero eadem amara sunt ut maris sudor id significat globulos illos scabros esse et squallidos 135  
 Finitæ sunt atomorum figuræ 139  
~~To pan calore et frigore terminatum est~~  
 Et sub finitis figuris infinita corpora 142  
 Nec interest quid rariores sunt aliquarum rerum formæ ut elephantum et phœnicum 143  
 Ut motu atomorum conciliantur corpora ita intereunt Sic æquo geritur certamine principiorum ex infinito contractum tempore bellum 145  
 Nullum est corpus conflatum ex uno tantum genere principiorum sed diversis 146  
 Quo res quæque in se plures habet qualitates hoc declarat ex pluribus consistere generibus principiorum et figurarum 146 / 152  
 Longa digressio de Cibeles matre 147 / 176 / 425 / 426  
 Dii nihil curant res nostras et otio fruuntur sempiterno 9 / 151 / 9 [bis] / 182 prolixè / 192 / 367 / 385 / 449 / 471 / 491  
 sacrificium 153  
 Non omnimodis connecti posse putandum est. Omnia. nam vulgo fieri portenta videres 155 / 168  
 Atomi coloris expertes. quia omnis color in alium mutari potest. at quidquid mutatur mortale est. sed sunt atomi æternæ<sup>157</sup>  
 Nihilominus diversæ atomorum figuræ alios atque alios colores gignunt 159  
 Color non est nisi in luce atque adeo luce sola mutatur ut in columbis et pavorum caudis 161  
 Visus quomodo fiat 161 / 215 / 218 / 278 in speculo / 283 / 289 et Lambino 285 et 290  
 Ut coloris sic et caloris frigoris humoris odoris sonitus et qualitatum expertes atomi 165  
 Animalia ex principiis insensibilibus fiunt 166  
 Morbus mors et convalescentia 171 / 208 / 206  
 Principia ut supra dixit quibusdam qualitibus sic nunc omni sensu vacare 174  
 Ridiculum autem requirere principia easdem habere qualitates quas res quas gignunt et ex seminibus sapientibus ridentibus disertis tales homines gigni 174  
 Cælesti sumus omnes semine oriundi etc. Ex hoc loco et Lambinus in epistola ad librum 3 et Lactantius eliciunt sensum aliquem non epicureum 175  
 Digressio. Nil est tam facile quod primo aspectu et cum novum est incredibile mirabile non videatur et contra nil tam incredibile quod assuefaciendo apertum non fiat / 177 / 382  
 Mundi plures sunt 179 / 406 / 458  
 Genitus enim est atomis ut supra / quorum cum infinita summa sit non est verisimile reliquas otiosas fuisse / deinde rerum genitarum sunt semper diversa genera ergo et alii mundi soles ut diversi homines et feræ<sup>180</sup>  
 Dii otiosi 182 prolixè / 192 / 367 / 385

[L] *Garde inférieure 2 v° / Back 9*  
*Philosophie 4 /13 : Livre III, p. 185-215*

Augescimus et adolescimus usque ad aliquod tempus Deinde decrescimus et senescimus 185

~~Ide~~ Eadem est et mundi natura et sic interibit 185

Jam affecta et effæta videtur tellus. minora crescunt animantia et non dubium est quin olim terra per se suaque sponte eos fructus ferret quos nos summa arte et labore vix elicimus 186

Sic certum est omnia paulatim tabescere et ire Ad scopulum spatio ætatis defessa vetusto

Lib. 3

Laudes Epicuri 192 / 266 / 10 / 375 / 468

Genus mortale licet aliquando morbos et ignominia dicunt se magis perhorrescere quam mortem et Acheronta falsum dicunt nam eo cum devenerunt nihilo minus vivunt tamen et in rebus adversis ad religionem animum advertunt 195

Unde fit ut in adversis rebus pœtis verè homines suam ostendant naturam 195

Mortis metus homines ad omnia scelera impellit 196

Mens quem animum dicimus in qua regimen est vitæ pars animalis est ut manus 198 / 227

Nec est quidam vitalis habitus aut harmonia quæ in nobis sit quemadmodum valetudo / nullum certum locum occupans neque nostri certa pars 198

Nam laborat sæpe corpus sana mente et è diverso / sic pes dolet non caput / æquè enim diversæ sunt partes 199

Deinde si esset diffusa in toto corpore minus viveremus abscisso aliquo membro 200

Semina venti et caloris vitam in nobis conservant 200

Animæ et animi differentia 201

Animus mens consilium in pectore sunt affectus motusque 201

Anima diffusa per totum corpus menti obtemperat 201

Accidit sæpe ut et animus doleat non ægra anima et è diverso 201

Sed si violentior est morbus qui feriat mentem pertingit quoque animam unde fit ut videamus infringi linguam vocemque aboriri caligare oculos sonere aures succidere artus denique concidere exanimi terrore homines 202

Hæc eadem ratio naturam animi atque animai corpoream esse docet 202 / 213 / 379

Nam isti motus in animo et anima non possunt sine tactu esse neque at tangere enim et tangi etc. 202

Animus quia velox rotundis et minimis atomis constat 204 / 219

~~Animus et anima mortalis 206 sic~~ Ita ut cum moritur corpus homo nihil videatur ademisse mors præter calorem et vitalem sensum neque minus est ponderis in cadavere 206

Animo licet et anima extinctis ut cum odor unguenti diffugit 207

Vapore calore aère constat animus et quarta quadam natura quæ motum ciet 207

Mors et convalescentia 208 supra lib. 2

Calor iram movet aura frigida pavorem aër tranquillitatem animi 211

Sic leones magis calidi / cervi ventosi magis / boves placidi magis / aère vivunt 211

Doctrina non potest corrigere ita homines ut naturales inclinationes evellat 212

Sed tamen ita temperat ut nil impediatur dignam diis degere vitam 212

Conjunctissima sunt corpus et anima ergo ejusdem naturæ 213 supra

~~Non solum~~ Falsum est corpus non sentire sed solam animam 213

Nec obstat quod amissa anima corpus non sensu caret 214

Docet aperte corpus sentire / argumenta sensus visus 215

Dicebat Democritus ad singulas atomos ex quibus corpus constat singulas quoque atomos quæ animum gignunt esse applicatas et nexas quod negat / neque sunt inquit tot atomi quæ animum gignant quam quæ corpus sed tot sunt atomi animæ in nobis dispersæ quod sufficiunt ad movendum 215

[M] *Garde inférieure 3 r° / Back 10*  
*Philosophie 5 /13 : Livre III, p. 218-245*

Plus est animi in nobis quam animæ / anima est diffusa per totum corpus decurtatis tamen artibus et sic diminutis animæ partibus vivimus sine mente non vivimus / sic argumentatur 218

Animus et anima nati sunt et mortales sunt 219

Anima et animus idem 219

Si fumus et vapor ubi aërem nacta sunt liberum evanescent multo magis animus qui rotiundioribus et minoribus atomis constat 219

Si corpus animam fugientem continere non potest multo minus aër 219

Animi nascuntur adolescunt senescunt cum corpore 223

Curas luctum metum habent animi ut corpus dolorem et morbos utrumque æque necat 221

Ægris corporibus mens labascit atque adeo lethargo opprimitur totus 221

Ebrietas 222

Desipientia 223

Quæ si ~~vix~~ non fert inclusa corpore multo magis sola in aëre 223

Deinde sanatur medicina mens ergo aliquid illi deperditum additur 225

Sæpe paulatim et membratim deperditur sensus scinditur ergo et discerpitur anima 225

Quod si se colligeret et in unum se retraheret plus esset illuc vitæ conferret 225

Animus pars certa corporis anima diffusa per totum corpus sed et hæc et ille ita conjunctus est et colligatus corpori ut divelli sine interitu nequeat 227

Et si moveretur mens in aëre aërem corpus et animal esse oporteret 227

Nemo moriens animam sentit a corpore evadere neque quam evaderet. Quod si evaderet non doleret aut conquereretur mens sed gauderet 229

Deinde si vivit animus et pœnas patitur quinque sensibus prædita sit oportet 231

Ut in serpentibus sic in nobis fit ut in corporis partibus subito excisis sit adhuc aliquis motus ergo in singulis est una anima ergo infinitæ in corpore aut dissecatur una in diversas partes illud falsum ex utroque hoc mortalitas concluditur 233

Si ab æterno anima est debuimus cum corpore insinuat præteritorum meminisse

Sin adeo est oppressa ut vim suam omnem perdiderit non procul abest ab interitu 235

Si infusa est anima corpori jam integro sola sibi viveret ut in cavea avis neque sic misceretur corpori ut facit 236

Si permanat per caulas et se insinuat dissolvitur 237

Effugiens anima si quædam sui semina relinquit in corpore / diminuitur ergo / si nil relinquit et integra aufugit unde vermes et alia animata quæ in cadavere gignuntur 238

Neque enim insinuantur aliunde animæ vermibus 239

Neque vermiculorum animæ fingunt sibi corpora neque in nata corpora ingrediuntur 239

Si animæ num hæc nunc illa corpora sortirentur confusa esset animantium natura 241

Quod si animæ ut mutant corpora sic mutantur ipsæ natura sua / dissolvuntur ergo 241

Quod mutatur enim dissolvitur interit ergo. Trajiciuntur enim partes atque ordine migrant 241

Ridiculum immortales animas spectare nostros concubitus infinitas ut subito corporibus natis se ingerant 244

Idem immortalem rem mortali se ita miscere et simul pati 244

Neque est ita solidum animæ corpus ut ictus respuat neque ita inane ut feriri non possit neque in loco esse potest ubi non feriatur neque et sunt satis multa alia corpora quæ illud feriant. ergo interibit 245 / 395

[N] *Garde inférieure 3 v° / Back 11*  
*Philosophie 6 /13 : Livres III-IV, p. 247-292*

Quod cum ita sit mors nil ad nos attinet nihilo enim magis quæ post vitam  
 subsequenter quam quæ antefuerunt nos tangent 247

Ridicula sunt ideo quæ cogitantur de sepulchris 251

Ut sunt diversi atomorum motus non incredibile est sic convenisse olim atomos aut  
 conventuras ut alius nascatur Montanus 251

Id ipsum me non tangit propter oblivionem et vitæ pausam 251

Locus perelegans de vitæ commoditatibus quas videmur morientes perdidisse 255

Mors et somnus 255

Quæ finguntur pæne Sisipho et Tantalo sunt hæ quas viventes ferimus 262

Et illarum fabularum mithologia 262

Perlege totum librum nil est elegantius / de vitæ contemptu.

Lib. 4.

Digressio de suis versibus 275

De simulachris et imaginibus 276 / 529

Non sunt animæ luce carentum quas cernere videmur interierunt enim 276

Sed sunt figuræ istæ et imagines quasi membranæ et cortices quædam corporum  
 quæ excidunt corporibus ut solent serpentibus et cicadis veteres pelles 277 deponere

Tenuissima natura constant 281

Neque solum sunt eæ quas dixit figuræ quæ ex corporibus effluunt sed et gignuntur  
 aliæ ut videmus nubes diversas formas efficere 282 / 325

Fluunt istæ membranæ et imagines continenter e corporibus sed ut offendunt  
 corpora alia opposita evanescunt et tunc demum apparent si lævia et dura corpora  
 nanciscantur ut speculum 283

De speculis 278 / 283 / 293 et ibi Lambinus

De suis versibus aliquid 286

Celerrimus est motus iste simulachrorum id est celerrime et continenter e corporibus  
 emittuntur 286 ut lumen aut calor a sole

Et ita celer ut statim ubi supponitur cælo aqua cæli statim facies in eam desiliat 288 / 329

Hinc audimus odoramur et inspicimus perpetuo aliquid 288

In os salsi venit humor sæpe saporis Cum mare versamur propter dilutaque contra  
 cum tuimur misceri absinthia tangit amaror 288 / 529

Si tractas aliquid nocte ut quadratum / quadratum esse sentis idem in luce vides At  
 figura nisi per speciem et imaginem cognosci non potest ~~ergo sola sie~~ Esse in  
 imaginibus quapropter causa videtur cernendi 289

De visu multa 290 et sequentibus. Vide 161

Figuræ jactæ a corporibus propellunt aërem donec ad nos pervenerunt. Et ibi  
 dissolvuntur hærent nempe in corpore solido ~~et tum deum~~ neque a nobis sentiuntur  
 nisi partem illam nostri corporis offendunt quæ apta est ad videndum ut supra de  
 speculis 290

Et non videntur singulæ istæ figuræ ~~et~~ sed per illas ipsa corpora 291

Cur nostra imago in speculo ultra speculum videatur 292

[O] *Contregarde inférieure (endommagée) / Back 12 / Ordre [O] > [D]*  
*Philosophie 7 /13 : Livre IV, p. 293-533*

Videntur læva in speculo quæ dextra sunt quia offenditus emissa a nobis imago et  
 infringitur sic statum mutat / melius Lambino 293

Quomodo de speculo in speculum transferantur imagines 294

Speculorum genera Lambino 295

Cur moveri in speculis nobiscum videantur simulachra 296

Cur nimium splendorem oculi nostri ferre non possint 296

Solis radii et omnis splendor acer adurit oculos quia semina habet ignis quæ  
 insinuando gignunt oculis dolorem 296

Qui laborant morbo regio omnia vident pallida 296

Cur è tenebris ea quæ in luce sunt videmus non contra 297

Cur longè spectantibus quadratæ turrets rotundæ videantur 298

Umbra est aër lumine cassus 299

~~Cur move~~ Non est unum et idem lumen solis et sed diversa et continenter emissa ut  
 de figuris dixit 299 / 392

Cum videntur falli sensus ut navigantibus terra moveri ~~non~~ sensus et similia non  
 sensus falluntur sed animus 300 / quæ id fiat Lambino 302

Sed propter opinatus animi quos addimus ipsi Pro visis ut sint quæ non sunt  
 sensibus visa 305 Mathematicas rationes cur sensus fallantur adfert Lambinus

In novos Academicos qui nihil sciri dicebant nam ergo ne id quidem scitur nihil sciri  
 imo nec quid sit sciri et nesciri scitur 308

Sensus certissimæ et ab his veri notitia orta 308 vide 67

Si enim falluntur nil erit certi neque enim sensus sensum alterum falsi potest  
 convincere / et præstat fateri nos causam nescire quam sensum falli 308

Quomodo fiat auditus 311

Vox corporea est tangit enim aures deinde lædit fauces clamantibus 312

Echo quomodo fiat 314

Sex vel septem voces reddi se vidisse dicit 315

Audiri Pana et Faunos canentes ridiculum est 315

Cur pertranseat auditus corpora non visus 316

Visus fit rectis lineis / sic pertransire corpus non potest nisi ~~per vi~~ tale sit quod recta  
 præbeat *foramina* [†] vox vero etiam per flexa et sinuosas foramina incolumis  
 transire potest / ~~non~~ sed hæc etiam aliquando damnum patitur et sonitum potius  
 quam verba audire videmur 313

Quomodo fiat gustus 318

Voluptas gustus tantum est in palato 318

Quæ fiat in animantibus ut huic hoc alimentum sit quod alteri venenum deinde ut huic  
 hoc dulce videatur idem alteri amarum 319

Saliva *hominis* serpentem enecat. Elleborum nobis venenum capris et coturnicibus  
*cibus* gratissimus 319 / 517 *Si Modo* eodem se movet cicuta pecudibus et nobis 432  
 talia multa 533

∞